



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-596525-p0001-1

DFG



LESSUS SUPER IMMATURO OBITU  
MAGNIFICI, STRENUI, NOBI-  
LISIMI, & Consultissimi Viri,

D N. JOHANNIS  
á SCHULENBURG,  
Hæredit. in Walschleben / Dali-  
chow &c. Sereniss. Elect. Brandenburg.  
á Consilijs:

VVERNERI p. m. Capitan. vet. March. filij	A. 1581
LEVINI p. m. Capit. vet. March. Nepotis	A. 1567
ALBERTI nigrip. m. Equ. aur. Bell. Pronepotis	A. 1519
BERNHARDI p. m. Capit. vet. March. Abnepotis	
VVERNERI p. m. Eq. aur. Capit. vet. March. Atnepotis	
HENRICI Eq. aur. Capit. vet. March. Trinepotis	
VVERNERI Capit. vet. March. Ramusculi,	
THEODORI Equ. aur. Surculi	
HENRICI <sup>Bernhardi propagi</sup> Termitis	
VVERNERI Eq. aur. Germihis, qui stirps est moderna prosa-	
pie circa annum Christi 1214.	

VVALSCHLEBÆ. pié in Christo Anno 1611 die  
19. Decemb. anno etatis sue 39. & die 4. denati, ibide m̄q  
humati Anno 1612. die 23. Jannar.

Scriptus super auctoritate ergo

TOBIA JERASIO Crosnâ-Silesio  
Pastore Bezendorfiano P. L.

PARTHENOPTRGÆ

TYPIS ANDREÆ BEZELII

ANNO

DoCet MItes Vias fVas

Der H̄er Lehret Die Elenden seinen VVeg. ex Psal. 25.

Jera fili  
Schulenburg  
L. VII  
Mayr. 1611.  
4

# LESSUS.

**N**Sq; adeò veterem Fortuna humana tenore  
 Perpetuet, geminet q; imò quandoq; quis  
 ô quis  
 Aostineat lacrumis? nisi cui fors triplex dandum,  
 Ære cor obriguit, planeq; obbrutuit ipsum.  
 Hac siquidem obrepit variis vis noxia morbis,  
 Et curis teritur vita pars optima acerbis:  
 Ist hac Tartareis infestat lividateliſ (quemvis,  
 Lerna animum, lapidemq; movet perstrenua  
 In scelera & trahere, scelerumq; extinguere in ipso  
 Articulo: Mundus tecbnis, sannisq; molestat,  
 In sequiturq; odijs: diro penuria telo  
 Nos aliunde ferit, vitamq; molesta fatigat.  
 Et quis mille modos, quis nominamille malorum,  
 Di numeret, quibus est obnoxia vita misellum?  
 Angustatur enim spaciis vita undiq; parvis.  
 Nec sat is est: aliud restat, quo tristius ullum,  
 Haud damnum datur, aut facies crudelior ulla,  
 Mortis nempe metus, quam nemo effugit in orbe,  
 Quo lux nullametu vacua est, nulla horula, nullus  
 Interrisq; locus, quamvis tutissimus extet.  
 Sanguine florentem calido, solidog; vigentem,  
 Robore, decrepitis in funere miscet eodem:

Turri

(1)

Turritasq; casis ades aequissimus aquat  
Mors iudex, vallumq; super transcendent, & ipsa  
Mænia. Non opus est aliâ transcurrere multum;  
Ostendit vivum nostris exemplar ocellis  
SCHULENBURGIADES, lumen venerabile stirpis,  
JOHANNES, longo vita dignissimus ævo,  
Flore sub etatis medio demessus ab orbe.

Gloria sicut agri, maternâ vulsus humo flos  
Omne decus ponit, vitamq; in gramine linquit.

(a) Nemo obtusum adeò gestabit pectus, avitæ  
Ut decus & stirpis, claros & nesciat ortus,  
VERNERUS genuit, qui fratres tertius inter,  
Fratres ante suos, rerum maturior usū,  
Est studiis Sophia & quæsito, & Palladis arte,  
Prefectus legitur nostris Capitaneus oris.

Bartenslebiae gentis generosa propages  
BARTHA-SOPHIA sat est operosæ nota in egenos,  
In Christig; Chorum, pietatis, Mater: ut hic qui  
Fortè recenseret meritæ præconia laudis,  
Dixcris, hunc nitidâ candelam accendere luce,  
Aut Parasitorum ritu captare favores.

Sic Schulburgiadæ non imo sanguine nasci,  
Sed prodire datum est antique stemmate gentis,  
Quæ benè de patria meruit; Genitoribus illis  
Sed prodire datum est, benè qui meruere, vel ipsa  
Testante invidiâ, patriæ quærendo salutem,  
Et Christum in membris, largâ pietate, fovendo.

(2)

Johanna  
Schulenb. Pater  
VVernerus p.  
m. Capitan.  
het. March.  
Mater, Bartha-  
Sophia à Bar-  
tensleben Jo-  
hannis p. m.  
filia. Natus est  
anno 1572. 16  
Decemb. Be-  
zendorfi.

(b)  
Indoles & stu-  
dia Iohan. à  
Schul.

(c)  
Anno Christi  
1586. mense De-  
cemb. anno a-  
etatis 14. Conti-  
nuabit ibi usq;  
ad an. 90. in-  
cept.

(d)  
Soltquellensi,  
Consulis filio.

(e)  
D. Arnold. de  
Reyger nobilis  
Belga Illustriss.  
Elect. Brand.  
Consiliar. pri-  
marius. Prece-  
ptor fuit hujus  
Iohan. à Schul.  
& Fratris Le-  
vini Helmstädy  
Lipsiæ, & Iena.

(f)  
Lipsiæ fuit ab.  
an. 1590 mense  
Jun. usq; ad  
1591. mens. Au-  
gust.

(g)  
Iena ab anno  
1591. mens. Aug  
usq; ad an. 1593  
mens. Novemb.

(h)  
Disputat. publ.  
& privat. Iena.  
habite typisq;  
exscriptæ sub D.  
Nicol Reusn. &  
D. Arnoldo de  
Reyger.

os(:)sc

(b) Et dotes Natura dedit, quas corde latentes,  
Uit silicum venis excussus promicat ignis,  
Et disciplina elicuit, moderataq; lima.

Sollicitis acuit studiis, & robore cinxit,

(c) Ut vix puberibus gnarus comitaret in annis  
Helmstadium Musas, animi morumq; Magistro

(d) Justo BREVITIO, docilis cui gratia suadet,  
Tres ubi complevit, sed non sine frugibus, annos.

Verum mutato primo Cultore, Magister  
Moribus & studiis suggestus clarior alter

(e) — ARNOLDUS, Princeps quem noster gestat  
Et consultæ hodie describunt præmia laurus, (ocellis

Cui volucris nomen dedit, atq; insignia gentis  
Ardea. Quæ tandem juris Cultore recessus

Hausit, Lipsiacos invisens sedulus hortos

Annum saltem unum verò (f) cum foxtè timeret  
Pestile Calvini virus generosa Genitrix:

(g) Hinc ire ad doctas voluit cum Fratre Salanas,  
Religionis ubi sinceræ cultus, & ardor

Purior adversum Calvini dogmata pugnans,  
Heu blasphemanimis, verè & spirantia virus!

Quantum hic sub doctis profecit lima Magistris,

(h) Sat clarata docent gymnasata publica juris,

Et quæ NICOLEO REUSNERO præside fecit,  
et quæ REYGERO, cathedra mirante, Apurunt

Ardorem studij, rectiq; cupidine ductam

Sic testans mentem, veræ & virtutis amorem,

Quod si nec mentem claræ fiducia stirpis

Abripias

*Abripiat, nec luxus iners, nec blanda voluptas.*

(i) *Hinc adeò Fratrum laus notescebat ibidem,  
Ut Princeps studiis propriam concederet aulam,  
Virtutes pensans animi, documentaq; Musæ  
Splendida, FRIDRICUS. GUILLEMUS. Majus  
Addo, quod sociæ commercia suavia mensæ (E) illud  
Hisce dedere Duces illustres sanguine Guelfo,  
(Lunenburgenses bodie dicuntur) Honesti  
Ardor Magnates, ceum magnes attrahit ad se,  
Et servat ferrum, proclives reddit, habetq;  
(k) Ast ubi se spolijs Musarum sensit onussum,  
Constituit cum Fratre alias invisere gentes,  
Et varias lingvas, varios E discere mores.*

*Hinc Danos adiit prudens, populumq; Bohemum:  
At suasit morbi clades adversa regressum,  
Unde domi instituit Navim exonerare, suiq;  
Thesauros animi patriæ convertere ad usus.  
Nec spes vanafuit: precibus pellectus ad aulam, (l)  
Inter MARCHIADÆ consultos lectus, ibi q;  
Sex annos cum laude fuit, Veniag; rogata,  
Corporis ob variis morbos, discessit ab aulâ  
Ille quidem illustri; verùm nullatenus inde  
Dimissus planè est: (m) Hinc bis celeberrima, nostri  
PRINCIPIS invisit jussu, comitia, tanquam  
Legatus (n) Taceo Legati munere functas  
Mille vias, quas expediti feliciter, annos*

(i) *Habitatio Joh. à Schul. &  
Fratri Lémino Jenæ concessa  
ab Illustriss. Du-  
ce Friaer. VVtib  
hel. Electorat.  
Administ. in  
propria aula-  
Vbi commensa-  
les & contuber-  
nales habue-  
runt illustr. Du-  
ces Luneburg.  
D. D. Magræs  
Dn. Dn. Geor-  
gium Dn. Dns  
Johannem fra-  
tres.*

(k) *Peregrin. Ioh. à  
Schul. in Dani-  
am An. 1595.  
in Bohemiam.  
1598.*

(l) *Honores aulici  
consili Elect. Se-  
reniss: Brand:  
Ioach-Fr. ider:  
an. 1509 factus  
& in au a an. 6  
contin.*

(m) *Legationes vice  
Principis dua.  
ad comitia Ra-  
tibon.*

(n) *Legationes aliæ  
expeditæ ad vi-  
cinas aulas in  
Palatin. Pomer.  
Haff. &c.*

Intra per paucos, vicinas missus ad aulas.

(o) Contigerat tbalamo Coniux optata, tribulis,

(ABELAM dixit Baptisma volente Parente)

Docta satis leni nubes abstergere verbo,

Moribus ab blandita viri, morbosq; levare;

At brevis heu vita! spacium vix unius illud

Connubium lustri duravit. Quanta fathiscant

Vulnera, non licitum est verbis efferre disertis.

Ah modò ABELLA, tener vel coram JANULUS infans

Ludat! sic paullo sospire Marita dolorem,

Conspectaq; Patrem posses in prole tueri.

Ah modò languenti veniens etate volentes

Mors distraxisset! fortasse inficta coirent

Vulnera sic melius, lenirenturq; dolores.

Heu formidatus quondam est Heroibus annus

In se novies collectus septimus, omen,

Sideris infausti, quem ClimaCteravetustas

Nuncupat; haud rapuit verò fatalis hic annus;

Dimidium paulò supra, vita anxia duxit

Stamina. (p) Nonus enim tantum & tricesimus

Iverat ad finem, quadrilustris, Sole suborto (annus

Quartum, incepérat. En stadium, mortalis alum-

Quam siet incertum vita, cui fidere nullo,, (ne,,

Debes momento, sub nullo fidere flore. " "

Bruta quidem quedam geminis extendere seclis

Hic vitam possunt animalia, condit anempe

Huic vita tantum, Dominum & luctantia contra

Nempe

(o)  
Conjugium cum  
Abela à Schulenborg. VVedi-  
gonis p. m. filia  
Bezendorfii an.  
1606 23. Martij.  
ā pta dura-  
bit an. 5. mens.  
8. & 16. dies.

(p)  
Etas Joh. à  
Schulenb. an. 39  
dies 4. ab ann.  
1572. 16. De-  
cemb. usq; ad  
1611. 19. De-  
cemb.

(15)

Nempe sum nunquam; Sed Homo fit fluxilis ævi,  
Quem tamen æternæ viælurum secula vite  
Con siderat Dominus! violati injuria ius sūs  
Hoc facit, & sceleris celera addita propria patrū!  
Portandum est, quod portandum est onus om-  
nibus, & què:

Portat ulevius fit onus, simente fideli  
Suscepitur. Nam Christus onus portavit acerbum:  
Est leve onus nostrū, modus est quo inducimur astris  
Quando p̄eit Christus, facilis portatio nostra est.  
Et SCHULNBURGIADÆ facilis portatio nostro  
Facta est, in Christum qnando spem jecit, in ipso  
Hæsit q̄ ut cautes immobilis. (q) Unde nec ipsum  
Tot morbi, quibus est à primo obnoxius ævo,  
Nec diuturna pedum clades, alijsq̄ dolores  
Dejecere animo paciente. Quis omnia namq̄  
Morborum genera, & conflictus ordine longo  
Enveniret? certè cunctos habitacula morbos  
Hoc fixisse sibi credas in corpore: Febres,  
Calculus, & Colicam quam dicunt, passio fixum  
Hic fermè Hospitium tenuere, aliosq̄ subinde  
Hospitio morbos secum, & symptomata multa  
Excepere, velut fieri solet. Inde Catharri  
Mille modis ægros frangebant corporis artus.  
Donec confractus sub mille doloribus æger  
Dimitti cupiit miserando ex corpore. Factum est,  
Factum est! Nemo supra vires oneratur! Onustum

(q)  
Constantia &  
patientia sub  
morborum va-  
rietate, & diu-  
turnitate ab  
ineunte æate

Sub-

Sublevat ipse Deus, modò quis patienter id ipsum  
Suscepit, & Christum sequitur fiderenter, & orat.

Ergò quidem super hoc lacrumas quas funere  
Mittitis, haud ullus justè culpabit; easdem largè  
At justè leni strophio deterget ocellis.

Haud vitam spectare jubens, quæ vivitur orbe,  
Ad quam non nati; Sed quam Deus abdidit astris,  
Quò tendant animi rapido suspiria cursu:  
Nec spectare jubens, quæ vivis commoda fortè,  
Aut patriæ præstare suæ potuisset; ad illa  
Commoda sed potius, quæ cælo, funere, nactus.

Quæ Præco diæ præstabit munere linguae (r)  
Otto senex, veneranda cuinix tempora velat.

Quò mittam. Divinus habet fons viva salutis ,  
Flumina! Cælitum jam turmas spiritus inter ,  
Gaudia agit, laudesq; Deo decantat, amicum  
Expectatq; diem, quo corpus lumine cæli  
Vestitum tumulo redeat <sup>sinc</sup> labe, vetus q;  
Præbeat hospitium nullo mutabile seculo,

Sic lacrumis tandem, longoq; exolvite luctu,  
Et vos met cautirebus servate secundis.

Non amistis; Sed præmisisti: Et ipsi  
Sic certemus, onusq; animo paciente ferentes,  
Christum, quod nobis imponit Jhova, sequamur:  
Et crux dulcescet nobis, & proderit olim.

AB: 155 199




3


TA->OL

09.2001 GJ,





### Farbkarte #13



B.I.G.

28

LESSUS SUPER IMMATURO OBITU  
**MAGNIFICI, STRENUI, NOBI-**  
*lissimi, & Consultissimi Viri,*  
**D N. JOHANNIS**  
 à SCHULENBURG,  
 Hæredit. in Walschleben / Dalt-  
 chow &c. Sereniss. Elect. Brandenburg.  
 à Consilijs:  
 VVERNERIP. m. Capitan. vet. March. filij      A. 1581  
 LEVINI p. m. Capit. vet. March. Nepotis      A. 1567  
 ALBERTI nigrip. m. Equ. aur. sell. Pronepotis      A. 1519  
 BERNHARDI p. m. Capit. vet. March. Abnepotis  
 VVERNERI p. m. Eq. aur. Capit. vet. March. Atnepotis  
 HENRICI Eq. aur. Capit. vet. March. Trinepotis  
 VVERNERI Capit. vet. March. Ramusculi  
 THEODORI Equ. aur. Surculi  
 HENRICI <sup>Germarchi prærogatis</sup>  
 VVERNERI Eq. aur. Germihis, qui stirps est moderne profa-  
 pie circa annum Christi 1214.  
 VVALSCHLEBÆ, pié in Christo Anno 1611 die  
 19. Decemb. anno ætatis sue 39. & die 4. denati, ibide mō  
 humati Anno 1612. die 23. Januar.  
 Scriptus <sup>supradictis</sup> ergo  
 TOBIA JERASIO Crosnâ-Silesio  
 Pastore Bezendorfiano P. L.  
 PARTHENOPYRGÆ  
 TYPIS ANDREÆ BEZELII  
 ANNO  
 DoCet MItes VIas fvas  
 Der H̄er Lehret Die Elend Den seinen VVeg. ex Psal. 25.

Jera si  
 Schulenburg  
 L. VII  
 Mayr. 1511  
 4